

Band I., Nr. 95, Seite 109-110

König Ludwig (der Deutsche) bestätigt Abt Grimald von St. Gallen und Weißenburg¹, seinem obersten Kanzler, die ihm von Kaiser Ludwig (dem Frommen) gemachten Güterschenkungen in dem allemannischen Gau Apha.

Worms, 835. September 30.²

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus divina favente gratia rex. Decet regiam celsitudinem parentum suorum pie facta non solum inviolabiliter conservare, sed etiam censurae suae auctoritate alacriter confirmare. Proinde conperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum, industria, quia vir venerabilis Grimaldus abba et summus cancellarius noster obtulit excellentiae nostrae quandam auctoritatem largitionis domni et genitoris nostri Hludouuici, praestantissimi imperatoris, in qua continebatur insertum, qualiter idem domnus et genitor noster concessisset ei ad proprium quasdam res, quae sunt in Alamannia, in pago qui dicitur Appha, in villis nuncupantibus Altheim, Hruodininga, Uualdhusir et Ostheim cum domibus, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, cum terris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molendinis et cum omnibus ibidem aspicientibus, obsecrans, ut paternae auctoritati firmitatis gratia nostram quoque iungeremus auctoritatem. Cuius precibus libenter aurem accomodavimus et hanc nostrae auctoritatis confirmationem ei dare decrevimus, per quam praecipimus atque iubemus, ut ab hodierno die et tempore memoratas res et mancipia cum omni integritate, sicut a domno et genitore nostro ei conlatae sunt, ita eas iure hereditario teneat atque possideat, et quicquid exinde ob utilitatem et commoditatem sui iure proprietario facere vel iudicare voluerit, libero in dei nomine perfruatur arbitrio faciendi quicquid elegerit. Et

¹Grimald war nicht Abt von Reichenau, wie noch im gedruckten Württembergischen Urkundenbuch nach Dümge angenommen, sondern von St. Gallen und Weißenburg im Elsass, vgl. Dümmler: Jahrbücher Ostfränkisches Reich, Bd. 1, S. 111.

²Die Urkunde war im WUB zunächst auf das Jahr 836 datiert. Da sie aber sowohl nach THEODOR VON SICKEL: Beiträge zur Diplomatik, 8 Bde., Wien 1862-82 (Sitzungsberichte. Akademie der Wissenschaften in Wien. Philosophisch-Historische Klasse, 36, 39, 47, 49, 85, 93, 101), Sitzungsbericht 36, S. 355, als auch nach den MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER, Bd. 1: Die Urkunden Ludwigs des Deutschen, Karlmanns und Ludwigs des Jüngeren, hrsg. Von Paul Fridolin Kehr, Berlin 1934 [2. unveränderte Aufl. Berlin 1955], S. 20, Nr. 17, eher auf das Jahr 835 zu datieren sei, wurde die Datierung hier entsprechend geändert, vgl. zur Datierung ebenso Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 517, Nr. 1318, und KARL BRANDI: Die Reichenauer Urkundenfälschungen, Heidelberg 1890 (Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau, 1), S. 4.

II

ut haec auctoritas confirmationis nostrae per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus et anuli nostri inpressione signare iussimus.

 Signum (*Monogramm*) Hludouuici gloriosissimi regis. Adalleodus diaconus ad vicem Grimaldi recognovi et subscripsi^a (*Rekognitionszeichen*) (*Siegel*).

 Data pridie Kalendas Octubris, anno, Christo propitio, tertio regni domni Hludouuici regis in orientali Francia, Indictione XIII. Actum Uuormacia civitate, in dei nomine feliciter, amen.

—

Der Textabdruck folgt dem (echten) Original.

 Das aufgedrückte Siegel zeigt den nach rechts gekehrten Kopf des Königs mit einem Kranz und die in ihrer letzten Silbe nicht mehr deutliche Umschrift XPE PROTEGE HLVDVICVM REGEM.

^aDas Wort *subscripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 8

Editionen:

CARL GEORGE DÜMGÉ: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 68, Nr. 2. MGH DD LD / Kn / LJ , S. 20, Nr. 17.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 517, Nr. 1357.

Literatur:

Brandi: Reichenauer Urkundenfälschungen, S. 4.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Worms

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Apphagau
 Ostheim Wüstung (26374)
 Ostheim, Riedlingen, BC, W
 Riedlingen Wohnplatz (17487)
 Riedlingen, BC
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Waldhausen Wohnplatz (17047)
 Waldhausen, Altheim, BC
 Weißenburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Worms, WO